

Beschwerde eines Mönchs der Abtei Mariazell²⁾ an die von NvK eingesetzten Visitatoren der Benediktinerklöster der Provinz Salzburg über Strenge und Formalismus der Visitationsanordnungen des NvK sowie eine Stellungnahme gegen die dort bei Nichtannahme angedrohte Excommunicatio latae sententiae. Er bittet die Visitatoren, Beschwerden und Stellungnahme an NvK weiterzuleiten.³⁾

*Kopie (15. Jh.): MELK, StB, Hs. 1087 (932) p. 152-157 (= M₁); ebd. Hs. 1093 (423/H 41) p. 421-427 (= M₂; zur Hs. s.o. Nr. 1074; Kristeller, *Iter Italicum III* 81; Niederkorn-Bruck, *Melker Reform 1994*; Worstbrock, *Schlitpacher 746*); WIEN, Schottenstift, StB, Hs. 297 (alt 237) f. 143^r-144^r (= S, zur Hs. s.o. Nr. 1074); WIEN, ÖNB, CVP 4975 f. 3^v-5^r (= W, zur Hs. s.o. Nr. 1009).*

Erw.: Hallauer, NvK als Bischof und Landesfürst 303 Anm. 153; Hallauer, NvK und die Visitation 97f.

*Der Text liegt in zwei Fassungen vor. Die ursprüngliche (a), überliefert allein in M₁ p. 152-154, wurde durch eine ausführlichere (b) ergänzt, die in M₁ mit der Überschrift: *Aliter et melius vel clarius sich an die Fassung a anschließt. Die Fassung b entstand, wie sich aus Z. 65f. ergibt, während der Visitation des Klosters Mariazell, die 1452 IX 12-18 erfolgte (s. Nr. 2799). In der Fassung a wird Z. 44 die Visitation des Wiener Schottenstifts angesprochen, die 1452 VI 18 beendet wurde (s.o. Nr. 2641). Möglicherweise wurde Fassung a bereits vor der Visitation von Mariazell abgefasst.**

(Textfassung a) In littera constitutionis visitatorum dominus legatus sub pena excommunicacionis sentencie late per eandem litteram ipsos visitandos quinque iussit facere.⁴⁾

Primum est, ut ipsos ‚visitatores cum omni reverencia et obediencia suscipiant‘ etc. 2^m, ut eos ‚ad ipsorum visitacionis officium in omnibus exequendis libere admittant‘. 3^m, ut suorum ‚monasteriorum ac personarum quarumcumque dispositionem et condicionem plenius manifestent‘. 4^m, ut ‚omnia ac singula, que visitatores‘ eis ‚secundum regulam‘ sui ‚ordinis fieri et observari mandaverint, reverenter acceptent‘. 5^m, ut ista ‚eciam studeant diligenter observare. Et si secus fecerint‘, precipit ‚visitoribus, ut inobedientes in premissis et quemlibet‘ eorum ‚post trium dierum canonicam admonicionem sentenciam excommunicacionis‘ in dicta littera latam ‚ultra penas‘ sui ‚ordinis declarent incidisse‘, id est, ut ipsos denuncient excommunicatos esse et cum hoc eciam reos factos esse penarum ipsis infligendarum 10 secundum regulam vel arbitrium suorum prelatorum, et ‚absolucionem‘ ab eadem excommunicacione sibi ‚et apostolice sedi tantummodo reservaverit‘.⁵⁾

Nimis dura hec videntur esse, per que ipsi visitatores in bonis eorum actibus exercendis magis impediti quam expediti, magisque eis per ea aperiatur infernus quam celum, maxime propter quintum punctum, quo dicitur, ut ipsi visitandi omnia et singula, que eis per vos visitatores secundum regulam mandata vel 15 ordinata fuerint, studeant diligenter observare⁶⁾, cum constet in cartis aliqua talia poni, que non semper et in omni loco et in omni casu possint ita observari, prout cartis inscribuntur; exemplum de observantia silentii et aliis talibus.

Item quia videtur, quod ita omnia et singula predicta ipsis, qui visitantur, vertantur in precepta proprie dicta, eciam quantumcumque ista secundum se sint solum statuta vel monita, ordinationes vel consilia 20 vel graciosè indulta. Non enim omnia in regula posita equa lance in ea posita sunt.

21 lance: *em. late.*

¹⁾ Die Beschwerde wurde während der Visitation von Mariazell (Fassung b, Z. 65f.) abgefasst. S.o. Nr. 2799.

²⁾ Möglicherweise der damalige Prior Wolfgang de Stira (Steyr), der nach der Visitation (aufgrund der Kritik?) resignierte und nach Pfaffstätten ging. Vgl. Ellegast, *Anfänge einer Textkritik* 87. Zu Wolfgang de Stira s.o. Nr. 2799 Anm. 2.

³⁾ In WIEN, ÖNB, CVP 4975 f. 5^r schließt sich mit dem Hinweis Ad dominum legatum missum super hac re der Brief Johann Schlitpachers an NvK an: Heret animo meo iam diu. S.u. Nr. 2801.

⁴⁾ NvK an alle Äbte, Äbtissinnen und Konvente des Benediktinerordens in der Provinz Salzburg; 1451 III 3, Wien. S.o. Nr. 1074. Die vorliegende Beschwerde ist auch jeweils zusammen mit Nr. 1074 überliefert.

⁵⁾ Wörtliche Übernahme aus Nr. 1074 bzw. 1054 Z. 52-65.

⁶⁾ Vgl. Nr. 1054 Z. 58f.

Item nisi si(c) sequitur, quod quilibet non visitatus, quando non observaret aliquid predictorum, peccaret mortaliter et per consequens non deberet propter hoc excommunicari, quod tamen fit per litteram domini legati, in qua nichil de observandis excipitur. Tenet autem hec consequentia ex hoc, quia
25 nullus est excommunicandus nisi propter peccatum mortale secundum omnes doctores.

Pro intellectu dicte littere domini legati notetur, quod non oportet ad hoc, quod aliquis dictam sententiam excommunicationis incidat, quod illi fiat previa aut subsequens trium dierum canonica admonitio, quia reus eiusdem excommunicationis factus incidit in eam ante talem ammonitionem, et eciamsi non subsequatur, quia si nunquam fieret, nichilominus reus taliter realiter et veraciter esset excommunicatus.
30 Et hoc ostendo persimiliter in capitulo ‚Ne in agro‘ de sta(tu) mo(nachorum) in Clementinis⁷⁾: Lata est ‚sententia excommunicationis‘ in omnes monachos ‚infra septa‘ suorum ‚monasteriorum sine licencia abbatum suorum arma tenentes‘, et illam incidit statim et ‚ipso facto‘, qui taliter arma tenet. Sic in proposito.

Dominus legatus per suam prefatam litteram, cum illam plus quam ante unum annum fecit in Wien-
35 na⁸⁾, tulit sententiam excommunicationis in omnes et singulos visitandos in provincia Salzburgensi, qui non diligenter studeret omnia observare, que eis per vos visitatores secundum regulam mandarentur vel ordinarentur observanda. Et hanc sententiam, licet ante unum annum lata sit, aliquis tamen ipso facto eam tunc incidit, quando aliquod illorum non observet. Heu! Quot mala ex hoc secuntur, quot et quante involuciones periculose conscienciarum hinc oriuntur vel oriri poterunt non solum eis, qui hoc modo
40 dictam excommunicationem incidunt, sed etiam istis, qui eis participant in divinis et aliis illicitis communionibus!

Ideo videtur mihi expedire, quod vos, patres visitatores, simul et concorditer scriberetis hec domino legato clarius et lacius quam hic posui, et rogaretis eum, ut quantum ad nostram congregacionem et etiam monasterium Scotorum Wienne⁹⁾ similiter et omnino tolleret huiusmodi excommunicationem,
45 presertim attento quod alias satis voluntarii simus observare ea, que nobis per vos rite et secundum regulam tradita sunt vel tradentur, quodque pro conservacione observanciarum sufficere videatur, quod aliis modis quam per excommunicationis penam, puta penis temporalibus etc., nostri excessus deinceps ut atenus corrigentur et castigentur.

(Textfassung bz: In littera ... (wie Fassung a Z. 1-12 reservaverit.)

O nimis dura videntur hec esse, presertim propter quintum punctum et ea, que illum sequuntur, per que anime visitandorum videntur magis tradi sathane quam deo acquiri. Precipitur enim eis per eundem quintum punctum sub pena excommunicationis late sentencie, ut ipsi omnia et singula, que eis per vos
5 visitatores secundum regulam mandata vel ordinata fuerint, studeant diligenter observare.

O durum preceptum et plus quam durum, cum constet in cartis visitacionum aliqua poni, que non semper et in omni loco et in omni casu et a quolibet visitato possunt ita observari, prout cartis inscribuntur. Clarum est hoc de observancia silencie, quod non potest ita observari in monasteriis ordinis sancti Benedicti, sicut observatur in monasteriis Cisterciensis ordinis, in quibus habentur signa nutuum, quibus
10 persone eiusdem ordinis sibi invicem significant suas voluntates et suas imminentes necessitates absque signis verborum vocalium, que ipsis usitata sunt et que non habentur in monasteriis ordinis sancti Benedicti.

Item ieiunia regularia, labores manuum et quedam alia in regula sancti Benedicti posita sic cartis inscribuntur, qualiter ad ea persone senes, infirmi vel debiles aut alias deficientes non sufficiunt et alique
15 omnino non possunt.¹⁰⁾

Item durum videtur esse dictum preceptum eis, qui visitantur, quia per illud omnia et singula ipsis secundum regulam mandata vel ordinata per vos visitatores videntur verti in precepta proprie dicta,

14 alique: aliqui S W.

⁷⁾ Clem. 3.10.1 § 5, ed. Friedberg II 1167.

⁸⁾ Wien, 1451 III 3; s.o. Anm. 4 und Nr. 1074.

⁹⁾ Die Visitation des Schottenstiftes wurde am 18. Juni 1452 beendet. Die besondere Erwähnung des Schottenstiftes lässt sich daraus erklären, dass das Stift auch damals noch innerhalb der Salzburger Kongregation eine Sonderstellung einnahm. Vgl. Bruck, Melker Reform 83.

¹⁰⁾ Die Fastenvorschriften waren teilweise noch während der Legationsreise Anlass von Widersprüchen und wurden mehrfach durch päpstliches Dekret abgemildert. S.u. Nr. 3042, 3043 und 3372.

quantumcumque illa ex se et, ut in regula posita sunt solum sunt statuta vel monita, ordinationes vel consilia aut exhortationes vel graciose indulta. Non enim omnia in regula posita, equa lance in ea posita sunt.

20

Item nisi sic, concedi oporteret, quod non quilibet visitatus, quando aliquid eorum, que vos sibi secundum regulam imposuistis, non observaret, peccaret mortaliter et per consequens non deberet propter hoc excommunicari, quod tamen factum est per litteram domini legati, in qua nichil de observandis excipitur.¹¹⁾ Tenet autem hec consequentia ex hoc, quia nullus est excommunicandus, nisi propter peccatum mortale, ut dicunt omnes doctores.

25

Dixit quidam, quod nullus dictam sententiam excommunicationis latam per litteram domini legati incidat, nisi ei ante facta sit trium dierum canonica admonitio in illa littera expressa, que licet in eadem littera post illius sentencie lacionem posita sit, tamen eam deberet precedere quodque ideo in eadem littera non sit servatus debitus ordo.¹²⁾ Sed iste litteram domini legati male intelligit et errat manifeste. Et ut intelligatur, quod in ea servatus sit debitus ordo, notetur, quod non oportet ad hoc, quod aliquis dictam sententiam excommunicationis incidat, quod fiat illi previa aut etiam subsequens trium dierum canonica admonitio, quia reus eiusdem excommunicationis factus, incidit in eam ante talem admonitionem, de qua ista littera loquitur. Similiter incidit in eam si nulla latis admonitio subsequatur, quia si nunquam fieret, nichilominus reus ille veraciter esset excommunicatus. Et potest hoc ostendi per simile in capitulo ... (*wie Z. 30-32 tenet*), eciamsi eadem sententia ante centum annos lata fuit, et nulla trina admonitio illius rei incidencium in eam precessit vel sequatur. Sic in proposito.

30

35

Dominus legatus per suam prefatam litteram, cum illam ante unum annum in Vienna fecit¹³⁾, tulit ... (*wie Z. 35-38 observet*). Nec oportet ad hoc, quod eam incidat vel inciderit, ut ante vel post admoneatur. Heu! ... (*wie Z. 38-41 communionibus*). Nec ita mali et perversi monachi ad debitam observanciam regularis vite perducuntur, sed fiunt peiores et obstinaciores. Et insuper illi, qui hactenus regulariter vixerunt et deinceps regulariter vivere vellent, eciamsi non essent visitati, propter lacionem istius excommunicationis multipliciter involvuntur et in bonis actibus suis exercendis impediuntur. Sciunt hanc veritatem hii, qui eam experti sunt et dietim experiuntur.

40

Quidam, cum audissent prescripta, responderunt dominum legatum per predictam suam litteram excommunicare solum inobedientes cum contemptu, et hoc nitebatur ostendere per hoc, quod in eadem littera solum inobedientes iubet denunciare¹⁴⁾, quod dixit intelligendum esse solum de illis, qui ex contemptu non obediunt. Sed contra hanc responsionem facit, quod dominus legatus antea in eadem littera omnibus visitandis sub pena late sentencie excommunicationis districte precipiendo mandavit, ut omnia et singula, que vos domini visitatores eis secundum regulam mandaretis seu ordinaretis, studeant diligenter observare. Sed constat, quod talis observancia potest obmitti seu non fieri non solum ex contemptu, sed etiam ex pigricia vel negligencia aut aliqua concupiscencia aut alia tali causa. Ergo etsi dominus legatus iubeat solum non obediens ex contemptu denunciari, quod sint excommunicati, tamen ante hoc excommunicavit generaliter omnes, qui observanda non servant, ex qualicumque causa hoc fiat. Non enim ibi aliquam causam expressit.

45

50

Et probo hoc ex alio ad hoc, quod monachus tenens arma¹⁵⁾ etc. incidat in excommunicationem latam in c. „Ne in agro“, de quo supra.¹⁵⁾ Non requiritur, quod hoc faciat ex contemptu, sed sufficit quod hoc faciat ex sola ignorancia iuris; et tamen talis monachus facit rem non per se malam, sed quia prohibita est. Ergo etiam in proposito non requiritur contemptus non implentis preceptum domini legati, ex quo illud implere nolit, licet obmittat rem non per se necessariam ei ad salutem, sed quia sibi sub pena excommunicationis late sentencie iussa est.

60

Propter quod mihi videtur expedire, quod vos, patres visitatores, hec scriberetis domino legato clarius et lacius, quam ego scribere potui, suadendo ei, ut dictam excommunicationem, quam per suam litteram tulit, revocet et irritet, saltem quantum ad ista monasteria, in quibus hactenus vita regularis viguit et

18 sunt²⁾: sint *S W.* 32 eiusdem: eius *S W.* 44 Quidam – 60 est: *fehlt M.*, 61 videtur: *videretur M₂ S.*

¹¹⁾ Nr. 1054 *Z. 59-64.*

¹²⁾ *S. Nr. 1054 Z. 61-64.*

¹³⁾ *S.o. Ann. 4.*

¹⁴⁾ Nr. 1054 *Z. 60-64.*

¹⁵⁾ *S. Ann. 7.*

sperari potest, quod in eis deinceps permaneat etiam cessante tali rigore et artacione ipsis non necessa-
65 ria. Et precipue velitis impetrare, ut hoc nostro monasterio Celle Marie fiat, in cuius visitacione iam
occupati estis, attento quod alias satis voluntarii sumus observare ea, que vos nobis secundum regulam
mandaveritis vel ordinaveritis, quodque pro conservacione observancie nostre, quam hactenus tenuimus,
sufficere videatur, si non per excommunicacionis penam in nos latam, sed penis temporalibus dumtaxat
pro nostris culpis et excessibus deinceps, ut hactenus, corrigamur et castigemur.

65 Et – 67 ordinaveritis: *feblt W.* 67 conservacione: observacione *S.* | conservacione – tenuimus:
observacione regularis observancie *W.*